

22 Julii 1600.

Atm. Bti Magi Dni.

Promissa debita officioꝝ meoꝝ commendatione, salutem plurimam,  
ex animo precor.

Quod me Atm. Bti S<sup>r</sup> V<sup>r</sup> in locam Bti g<sup>r</sup>is sui Dni Resce pie  
memoria, assumere non dedignata fuerint, id ego perpetuum sua in me be-  
nivolentia testimonium, ex animo quidem quo ad vivam, nunquam di-  
mittam meo. Nunc autem cum alio meam vicissim in Atm. Bti  
S<sup>r</sup> V<sup>r</sup> observantiam, et animi gratitudinem, nullo nisi hoc literario offi-  
tutatum relinquere possim, in primis Atm. Bti S<sup>r</sup> V<sup>r</sup> pro tam singu-  
lari in me favore et benivolentia, quas possum ago gr̄as maximas, easdem  
habituꝝ semper. Tum beneficium Canoniatꝝ W̄armien<sup>s</sup> Atm. Bti S<sup>r</sup> V<sup>r</sup>  
beneficio mihi assignatum, ita accepto, ut quod et iura et consue-  
tudines Ecclesie W̄armien<sup>s</sup> à me requant, omni studio et diligentia cura,  
re, et adimplere sine paratissimꝝ. Interim Atm. Bti S<sup>r</sup> V<sup>r</sup> rogo, me  
quem tanto suo beneficio et gr̄a, non indignum existimarūt, etiam  
ulterius defendere ac promoveri non dedignentur. Curabo vicissim  
ut saltem non ingratus pro tanta in me Atm. Bti S<sup>r</sup> V<sup>r</sup> humani-  
tate reperiar. Optimi ac felicissimꝝ Atm. Bti S<sup>r</sup> V<sup>r</sup> valere ex animo  
precor, ac hisce me commendo, alia plura. Data Roma 22 Julii Anno

Dni 1600.

Atm. Bti S<sup>r</sup> V<sup>r</sup> ad servandam  
paratissimꝝ

Exlix Los.

107

Adm. P<sup>ri</sup>nc. Suis Suis  
Prælati et Canonicis soliq<sup>ue</sup>  
Capituli Eccl<sup>iæ</sup> Ca<sup>pituli</sup>  
Warmien<sup>sis</sup> D<sup>omi</sup>n<sup>o</sup> me<sup>o</sup>

